



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646.
zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen
Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs
Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt
worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103122

§. XV. Kayserliche Duplicæ abbreviatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52163)

1646.
Majus.

Imprimis quod ad causam Palatinam attinet, tanquam conditionem sine qua non, eam sequentibus membris comprehendimus.

Primo, ut dignitas Electoralis remaneat penes Serenissimum Ducem Bavarix, totamque Lineam Wilhelmianam, in perpetuum, cum omnibus Regaliis, Officiis, Præcedentiis, Insigniis & Juribus quibuscunque, quem admodum Sua Serenitas eandem hæcenus tenuit, exercuit & possedit, nullo prorsus excepto.

Secundo, ut Cæsarea Majestas effectivè liberetur onere Evictionis, dictoque Domino Electori permaneat loco solutionis pro debito 13. Millionum, totus Palatinatus Superior cum omnibus appertinentiis, absque ulla detractione aut diminutione, in perpetuum & irrevocabiliter.

Tertio, ut Princeps Palatinus, qui successionem in Electoratu præten- dit, ad eandem quidem dignitatem admittatur, sed octavo & ultimo loco, nihil tamen juris Ipsi ad ea, quæ hoc nomine Electori Bavarix attributa sunt, competat, idemque Princeps Palatinus restitutione Palatinatus Inferioris pro se & hæredibus suis contentus maneat.

Et quarto, ut Plenipotentiarum Gallici, non solum ipsi in has condiciones consentiant, verum etiam in eandem sententiam Succos adducant.

§. XV.

Kaiserliche
Duplice ab-
breviat.

Die Kaiserliche Duplice, wie solche ten also, wie nachstehende Formalien abgekürzt und verändert waren, laute geben:

Duplica Cæsareanorum ad Gallorum Replicas, ad sensum Mediatorum abbreviata iisdemque exhibita Sabbatho 5. Maji 1646.

Ad Proœmium.

Dicunt Cæsareani ad ea, quæ hoc loco Regis Christianissimi Plenipotentiarum adferunt, plura reponi potuisse, nisi omissis hujusmodi ambagibus, ad rem ipsam festinandum esse judicarent: imo nisi commune omnium votum ita postulare animadverterent.

Et cum dicti Plenipotentiarum hoc loco acceptarint reservationem explicandi se ulterius utrique parti æqualem & reciprocam, Cæsareani quoque contenti sunt.

Quod vero postulant Salvos Conductus pro Lusitanorum Mandatariis, Cæsareani dicunt, hanc postulationem esse rem prorsus novam, nec ad hosce Congressus pertinentem, cum in Conventionis Hamburgensis tractatione de Lusitanis non fuerit cogitatum, de eorum Mandatariis admittendis nihil omnino actum, dictum ac conventum, sed imo Salvorum Conductuum concessio pro Fœderatis & Adhærentibus Coronæ Gallix ad Imperii Ordines restricta. Itaque rationem Galli nullam prætereundam justam possunt, qua necesse sit, à Cæsarea Majestate hujusmodi Salvos Conductus concedi: nam intentio contrahentium in modo dicta Conventione fuit, ut iis Con- fœderatis tantum liber accessus pateret, qui in hoc bello Germanico ab una vel altera parte impliciti erant.

Ad Replicas primi Articuli.

Quatuor capita non parvæ considerationis in hac Replicatione continentur: 1) Non esse Gallis eorumque Fœderatis bellum contra Imperium.

2) Declarare se Cæsareanos debere, an velint Pacem in Imperio tractari & con-

1646. cludi non posse, nisi & controversiæ ac bella cum Hispanis componantur. 3) Con- 1646.
Majus. ventionem de suspensione armorum admitti non posse. 4) Ducem Lotharingiæ Majus.
ab hoc Tractatu excludi debere.

Ad *Primum* dicitur, Protestationem hanc esse factæ & rei notorietati prorsus contrariam, id quod pluribus demonstrari posset, nisi Pacis promovendæ causa abstinendum esse judicaretur. Nec vero potest Imperator ab Imperio, nec hoc ab illo in ejusmodi Tractatu segregari; quod ipsimet agnoverunt Sueci in Tractatibus Schonbekianis, in quibus expresse constitutum, inter quas Pax componenda esset. Agnoscunt etiam sub his Tractatibus in suis Replicis: cum enim negassent, sibi cum integro Imperio bellum fuisse, professi tamen sunt, hostium se loco habuisse primo Cæsarem, deinde Catholicos omnes, & quotquot Suae Majestati in Imperio adstissent. Præterea cum omnes Status Imperii, ad utriusque Coronæ instantiam, huc ab Imperatore evocati sunt, & quotquot Eorundem hætenus comparuerunt, assistant Suae Cæsareæ Majestati in Consiliis, res ipsa docet, Pacem hanc inter Imperatorem & Imperium ex una, & Coronam Galliæ ex altera parte tractandam & perficiendam esse. Itaque non habent Domini Plenipotentiarum Gallici, ut opponant formulæ Cæsareæ Exceptionem distinctionis inter Imperatorem & Imperium.

Ad *Secundum* dicunt, Præliminari Conclusio semel esse conventum, ut Hispanorum & Gallorum controversiæ, in hoc Conventu componantur. Proinde inhærendum esse literæ Præliminaris Conclusi, ab utroque Rege comprobati & ratificati: præsertim cum Regis Catholici Ratihabitio adeo scrupulose a Gallis fuerit expetita, ut eam ex Hispania adducere necessum fuerit, nec Serenissimi quondam Cardinalis INFANTIS suffecerit. Deinde constat, Salvos Conductus eum in finem, ut istæ controversiæ hic componerentur, pro utriusque Coronæ Plenipotentiarum, dicto Præliminari Conclusio esse pactos & in vim ejusdem expeditos, ac hinc inde commutatos. Item Coronarum Plenipotentiarum in loco comparuisse, Plenipotentias Suas & Mandata edidisse, & quidem Hispanorum Plenipotentiam juxta Gallorum desideria reformatam & rescriptam, Gallorum vero Plenipotentias expresse hoc in se continuisse, quod debeant tractare Pacem cum Imperatore, Rege Catholico & utriusque Adhærentibus. Denique Gallos ipsomet in sua Propositione Art. 3. hæc controversias hic componendas præsupposuisse, cum dicunt: Cæsarem sese ad majorem Pacis & amicitie firmitatem, postquam ea cum Imperatore & Rege Hispaniarum restabilita fuerit, obligare debere, quod se nullatenus immisceat, directe aut indirecte, bellis ac diffidiis, quæ inter Franciam & Hispaniam nasci possent.

Ad *Tertium*, cum jam de Armistitio tractetur, nihil attinet dicere.

Ad *Quartum*, Cæsareani dicunt, se in Serenissimi Ducis Lotharingiæ exclusionem consentire non posse; ob plures rationes dudum propositas & novissime in voto omnium Imperii Ordinum approbatas.

Ad II. Articulum.

Hæc Replicatio, cum admittat Cæsaris responsum, nihil habet difficultatis, nisi quod nullam hic restrictionem agnoscunt Cæsareani, juxta superius dicta, & quia in ipsa Propositione nulla restrictio fuit posita.

Ad III. Articulum.

Dicunt Cæsareani, æquissimam esse factam à se Responsum, & debere omnino Gallos vel pariter expromittere, bello inter Cæsarem & Imperium ex una parte, vel etiam inter Cæsarem duntaxat, tanquam Principem

1646.
Majus.

capitem Auftriacum, ratione suarum Ditionum hereditariarum, & Suecos ex altera parte exorto, abstinere à ferendis Sueco auxiliis, aut non postulare, ne Cæsar, vel qua Cæsar, vel qua Princeps Auftriacus, Hispano bellum contra Gallos gerenti auxilietur, cum termini utrinque sint æquales: sin autem putant, in hoc ipso Tractatu, aliter de *Assecuratione* Pacis conveniri posse, hancque conditionem omittant, Cæsareani quoque causam non habebunt oppositæ vicissitudini inhærere.

1646.
Majus.

Negant tamen *Transacționem Burgundicam* de Anno 1548. non observatam, cum certum sit, vigore hujus *Transacționis* Domum Burgundicam semper suam Sessionem & Votum in Imperio retinuisse, Tributa publice indicta exsoluisse, diversas Executiones pro defensione Pacis Publicæ, in gratiam Catholicorum Principum & Statuum fecisse, cæteraque præstitisse, ad quæ vigore ejusdem tenebatur. Nec refert, Imperium se rebus Belgicis non miscuisse; nam id alias habet considerationes.

Ad IV. Articulum.

Cæsareani dicunt, in *Amnistia* duo principaliter esse consideranda. 1) Quatenus comprehendere debet oblivionem injuriarum ultro citroque illatarum receptorumve, inter partes Cæsaris & Coronarum. 2) Quatenus comprehendere debet oblivionem & restitutionem inter Status Imperii.

Ad prius quod attinet, palam est, Gallos rationem prorsus habere nullam, revocandi tempus scienciæ *Amnistia* ad Annum 1618. cum ab hoc tempore usque ad Annum 1630. inclusive, Bellum Cæsari cum Gallis in Germania prorsus nullum fuerit: & quæ sub id tempus in Italia contigerunt, eodem Anno Pace Ratisbonensi, ac mox anno insequenti *Conventione Chierascana* composita, transacta & sublata fuerint, nullaque omnino Cæsari obijci possit contraventio. Quod tamen *Plenipotentiarum* Gallici, respectu publicarum aut privatarum actionum, quæ forsitan ante Annum 1630. ultro citroque inter Coronas intervenissent, plenius Regi suo Coronæque Galliarum cautum fore putant reductione *Amnistia* ad terminum laxiorem, Cæsareæ Majestas non refragabitur, quin ita conveniatur, quantum ad offensiones utrinque inter se & utrosque Reges attinet.

Ad posterius vero dicunt, Statibus Imperii satis esse provisum, per *Amnistiam Ratisbonæ* publicatam, & durante hoc Congressu cum cassatione *Suspensionis*, quæ ibi continebatur, amplificatam. Accedit, quod inter Status utriusque Religionis, annuente Cæsare, ita publice conventum, ut omnia in dictis Comitibus Decreta, rata & firma manere deberent, in quamcunque partem belli alea cecidisset. Eam fidem cum haud dubie Protestantes, si plena penes Cæsarem & Catholicos victoria stetit, servari sibi postulaturi fuissent; æquum est, postquam fors non nihil variaverit, ut & ipsi fidem Cæsari & Catholicis servant. Et hæc quidem respectu eorum Imperii Ordinum, qui Pacem Pragensem acceptarunt & huc usque servarunt, difficultatem habere non possunt. Quod vero ad alios pertinet, si quæ tales causæ particulares ostendantur, quas specialiter transigi oportere Coronarum *Plenipotentiarum* existimaverint, non respicient Cæsareani earundem tractationem: præsertim, si sine retardatione conclusionis hujus Tractatus & ipsiusmet Pacis, salvis quoque Imperii Constitutionibus, & salva recta ratione fieri potest; dummodo illa, quæ negotio principali remoram illatura sunt, ad proxima Comitibus Imperialia rejiciantur. Quicquid autem circa hoc *Amnistia* Capitulum accordabitur, Cæsareani ita intelligunt, ut quoad restitutionem cæteraque omnia debeat esse reciprocum, & non minus iis prodesse, qui à Cæsareæ Majestatis partibus sunt, quam reliquis ex adversa parte constitutis.

Ad

1646.
Majus.*Ad Replicas circa V. & VI. Articulos.*

Solum ea, quæ superius dicta sunt, meminisse oportet.

1646.
Majus.*Ad VII. Articulum.*

Cum Galli conveniant cum hac Responfione & folam explicationem refervationum in fine positarum defiderent, dicunt Cæfareani, quod aliam explicationem dare non tenentur, cum hæc omnia Conftitutione Aureæ Bullæ, Capitulatione Cæfareæ, qua velut lege Regia, fufficiens ad regendum Imperium potestas in Regem Romanorum transfertur, cæterisque Imperii Conftitutionibus contineantur, ac ufu inveterato ab omni tempore, ex quo Imperium in Germanos translatum fuit, definiantur: nec etiam ad Exteros Principes pertineat, hæc talia arctius circumfcribere. Si quod tamen dubium in uno vel altero hæreat, Cæfareani dicunt, de hoc in legitimis & publice indictis Comitibus agendum fore.

Ad VIII. Articulum.

Cum hoc ipfum offerat Cæfar, quod poftulant Adverfarii, nulla hic opus eft Declaratione, nifi quod ejusmodi Fœdera cum Exteris (ex fingulari Statuum Voto) imposterum fieri debeant, prævia cauſæ cognitione in publicis Imperii Comitibus proponendæ.

Et repetunt Cæfareani circa compositionem Gravaminum refponfionem hac ipſa de re ad Propofitionem Suecicam Art. 7. datam, jamque hoc ipſum inter utraſque partes agitari.

Ad IX. Articulum.

Dicunt Cæfareani, hæc omnia liberrimæ Electorum voluntati relinquenda eſſe, juxta Bullam Auream.

Ad X. Articulum.

Perſiſtunt etiam Cæfareani in priori ſua Refponfione quoad poſtulatam Don EDUARDI liberationem, ut quæ omnino ad Tractatus inter Hiſpanos & Gallos de Pace inſtituendos pertineat.

Ad XI. Articulum.

Si hoc volunt Plenipotentiarü Gallici, circa reducendam Libertatem Commerciorum, cum iſta adjectione (*Conſultis prius Civitatibus Hanſeaticis*) ut, quæ iſtæ Civitates hac in re ſuſceſſerint, attendi & obſervari debeant, non refragabuntur Cæfareani, modo Sacris Imperii Conſtitutionibus, Pactisque publica ſanctione approbatis conformia ſint.

Ad XII. Articulum.

Cum hoc loco proponant, pro ſecuritate Pacis Ligam generalem inter omnes Interellatos, inter quos Interellatos nominatim Sua Maieſtas intelligit Regem Catholicum, etiam Cæfareani ſeſe ad Art. 7. Propofitionis Suecicæ promptos declararint, inhærent ejusmodi factæ declarationi, nomine Sux Maieſtatis Cæſareæ (licer hæc res apud Status Imperii nonnullas conſiderationes habeat) & declarant ſe ulterius, quod ſi poſt Pacem initam ulli partium vel Fœderatorum & Adhærentium ea, quæ promiſſa ſunt, nec ſervari contigerit, nec ea res intra ſpatium trium annorum amicabiliter componi, vel juris diſcepratione terminari poſſit (quæ quidem via, ne ſtatim ad arma concurratur, ſed Chriſtiano ſanguini parcatur, ante omnia tentari debet) tam una quam altera Pars atque utriusque Partis Fœderati & Adhærentes, junctis cum Parte læſa conſiliis viribusque, arma ſumere te-
neantur.

Quod

1646.
Majus.1646.
Majus.

Quod vero ad verba illa, de Statibus Imperii addendis attinet. Primo omnium declarari oportet, Ligam hanc publicæ per Imperium administrationi Justitiæ, (ad quam Imperator secundum Jus commune, legumque Imperialium dispositionem obligatus est) impedimento esse nullatenus debere. Deinde, cum Status Imperii velut tertios intervenientes constitutere, nihil aliud sit, quam eorum respectum & obedientiam erga Cæsaream Majestatem tollere, id quod rationi prorsus contrarium est, in talem additionem nec ipsi quidem Status consentirent. Non repugnant tamen Cæsareani, ut cum Majestate Cæsarea Status conjunctim pro una parte constituantur, atque obligati sint, si Regem Christianissimum quandocunque Pacis Leges transgredi contigerit, una & cum Sua Majestate Cæsarea adjunctis sibi reliquis Fœderatis, arma contra Suam Majestatem Regiam sumere.

Ad XIII. Articulum.

Dicunt Cæsareani, etsi solidissimis rationibus demonstrare possunt, nullam omnino Coronæ Galliarum satisfactionem deberi, easque in casum, si Pax non fieret, reservatos velint: tamen cum jam ista Satisfactionis materia, ad singularem conventionem deducta sit, de renunciatione jurium Imperii, circa tres Episcopatus, Metensem, Thullensem & Verodunensem, item de relinquenda certis conditionibus Regi Christianissimo Superiori & Inferiori Alfatia cum Suntgovia agitur: eo se, quæ huc pertinent, remittere.

Ad XIV. Articulum.

Cum Deputati Dominæ Landgraviæ de Haffia, suas Postulationes separatim proposuerint, non detrectant Cæsareani, ut desuper conveniens instituat Tractatio cum quibus oportet; negant tamen semel pro semper, ipsi ratione prætenforum damnorum aut sumptuum bellicorum, ullam compensationem deberi aut dari oportere. Sed hujusmodi omnia per Amnistiam Generalem, quam Imperator cum Statibus Imperii, ob respectum Coronarum, ipsi concedit, abolita esse.

Ad XV. Articulum.

Dicunt Cæsareani, æquum esse, ut una quæque Pars suis militibus Satisfactionem præstet, neque postulari juste a Sua Majestate & Imperio ullam pro alienis militibus Satisfactionem posse.

Ad XVI. Articulum.

Quantum ad Serenissimum CAROLUM, Ducem Lotharingiæ, attinet, Cæsareani repetunt ea, quæ superius Art. I. dixerunt: Nec posse Cæsarem, in præjudicium Imperii annuere petitionibus Gallorum, cum hæc talia pertineant ad jus Imperii, cui bellum se intulisse negant. Et renunciatio, quæ a Duce facta dicitur confœderationibus cum Domo Austriaca, extendi non potest ad ea, quibus ille Imperio obligatus est. Obligatum autem esse per Conventionem Anno 1542. erectam, non Domui Austriacæ sed ipsimet Imperio, satis ex litera patet.

Ad XVII. & XVIII. Articulum.

Cum his Responsonibus assentiant Galli, nulla opus est ulteriori declaratione.

§. XVI.

Die Mediatoren thun Erinnerung wegen der Pfälzischen Sache, daß

Die Mediatoren erbothen sich, den Franzosen davon Communication zu thun, und ihnen bester massen zu sprechen, soviel aber die Pfälzische Sache anlangete, Dritter Theil.

Engelland und Schweden sich derselben stark hat annehme.